



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Quanta illi cum Deo familiaritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Quantus
in orando
fernor.*

*Numquam
matutinā,
dum vale-
ret, oratio-
nem aut in-
termisit,
aut alieno
tempore
fecit.*

*Quas res
sibi Sociisq;
à Deo fla-
gitaret.*

*Quanta illi
cum Deo
familiari-
tas.*

*Vota post
primum
annum No-
uiciatus
priuatum
nuncupat.*

dor erat vultus, ut facile cuius eum intuenti constaret, quām feruenti Dei amore eius animus deflagraret. Aliqui verò inter orandum quām poterant proximè illum circumfistebant, sperantes se inflammatum iri propinquitate, ardorisque aliquid cum eo partituros. Ipse aliquando de se narrabat, se, quamdiu integrā valetudine usus fuisset, non solum numquam intermisisse, sed ne traieceris quidem statam matutinæ orationis horam, vt nimirum plus virium haberet, sua aliorum precibus coniuncta oratio. Tria sibi Sodalibusque à Deo precari consuerat; Angelicam puritatem, constantiam vocationis, & idonea ut euaderent Societatis instrumenta. Omnium verò imperfectionum remedium esse affirmabat, iugem illam cum Deo consuetudinem, quæ ex orandi frequentia nasceretur: quæ quanta illi cum Deo intercesserit, nullo negotio [con]jici potest ex ephemeride quadam, quam ipse sibi tyrocinij tempore confecit (quæque extremo huic libro ad calcem subiungetur) in quā totius diei actus distribuit, eo ordine modoque, ut in negotijs omnibus mentem perpetuò in Deo habuisse defixam liquidò videatur.

Notatum ab eo reperie, nuncupasse priuatum tria Religionis vota, post primum tyrocinij annum exactum, ut arctius se Deo alligaret,